

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com



Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Bibliothèque nationale de France

EX LVCIANO QVAEDAM IAM
recens traducta.

SOMNIVM LVCIANI, in primis effi-
cax ad studia literarum incitamentum.

ADVERSVS eum qui inquit &c.

NIGRINVS, boni uiri simulachrum com-
plectitur & mundi huius (qui in malo
positus est) uanitatem

CAVCASVS acerrimā in Iouē & ethni-
corum deos accusationem continet.

Ottomari Luscinij distichon,
Libellus loquitur,

Me lege qum tristes torquēt tua pectora cu
Inuenies mixtos cū grauitate iocos, (ræ,

Clarissimo iureconsulto, Laurentio Hell Diui Petri Iu-
nioris Argentinē Decano meritissimo, uiro opti-
mo atque integerrimo Ottomarus Lusci-
nius Argentinus S. D.

QUoniam superioribus diebus a studijs seuerioribus pauli-
per feriatum, iocis Luciani tū festiuus, tum, eruditus ani-
mū oblectarem, uisum mihi fuit, ut periclitādi ingenij
gratia nō nihil ex hijs quæ in uestibulo operis Luciani
ci habētur pro meo captu latinū facerē, Adeo em̄
mire huius authoris lusus me cœpit, & mixto sale urbanitas, ut ti-
bi uir optime atq; doctissime impēdio me gratificaturū speraue-
rim, si partito tecū huiuscemodi oblectamēto, id agā, ne sit (quod
aiunt) *πρὸς ἄλλους*, Perspectū em̄ habeo q̄ auide legas cætera
quæ ex hoc auctore latinitati sunt donata, tū ubi rebus serijs satis-
feceris, Quanc̄ si pressius rē intuearis non minus grauitatis hic
offendas subrisu, q̄ si seuerissimū quēq; philosophū euoluras, Ri-
dentē em̄ (ut inquit Flaccus) dicere uerū, Quid uetat? Adde q̄
Lucianus ita rem tractat ludicrā, ut in ea maxime omniū seria di-
cere uideatur, Ita nugis quēdā inuoluit ut ubi eū nugari arbitre-
ris, ibi potissimū appareat uerū dicere, Adeo proinde tersus est,
adeo candidus & multis nominibus in dicendo felix, ut in tanta
scriptorū turba uix inuenias qui huic sit conferēdus, Neq; est q̄
quispiā admiretur christianū in auctore ethnico q̄ ob insignē ma-
ledicentiā & impietate *βλάσφημος, ἢ δυνόφημος* sit cognominatus
deniq; *ἄθεος*. horulis quibuscūq; non ueluti transfugā uersari,
sed exploratorē, Fecit hoc idem Ioannes Chrysostomus, uir pla-
ne sanctus, eloquēs, absolutus & incōparabilis theologus, neq;
ueritus est uir tā acris iudicij, homiliā quandā in Ioannem a se cō-
scriptam Luciani farina conspergere, In qua plusculis utitur pro-
prie, quæ ex quodā dialogo qui Cynicus inscribitur constat esse
deprompta, Neq; id iniuriā, qui em̄ fieri potuit ut uiro optimo
atq; doctissimo uir tanta facundia & eruditione nō probaretur?
Atq; utinā hæc nostra tempora nō habeāt theologos tam infan-
tes & ridiculos, qui plus q̄ pueriles iocos, & anilia deliramenta
proferant sicubi de rebus arduis & maxime serijs dicere moliant̄
Dispereā si aliquando ipso die quo innocentissimā dñi nostri ne-



cē recolerēmus, nō audierim a quodā rabula ad plebē declamā
te, prāter reliquas nugas quas tū inter comemorandū dominicā
passionē effutierat, Cristū seruatorē nostrū, iam recens captū, in
pontē torrentis τ κέδρω tractū, atq; ibi a ponte in fluēta deturba
tū, illisa ad saxum facie, cruenta ora simul ac genas nasūmq; rur
sus supinū ad sydera leuasse, quo prophetico oraculo locus es
set, quod inquit, De torrēte ī uia bibet propterea exaltabit caput
Consulto mihi iā tempero ne dicā reliqua, lamdiu em̄ mihi pro
positū fuit pulcibus istis nihil obturbare, quo liberi⁹ in suo pul
uere saliant, Verū interea quiscq; secū expendat obsecro, nū sit de
centius cū ioco ac risu id quod res est explicare, q̄ rem maxime
grauē in risum uertere atq; ludibriū. Ad Lucianū redeo, qui ris
um quidē ciet, sed qualē in christiano homine uero uerius desi
deres, Quis em̄ nisi uecors cū illo non cachinnet, atq; subsannet
constantē ethnicorū de dijs suis opinionē diuitum ac potentū in
solentiā & fastū, deniq; geminatā stultitiā eorū qui falso sapiētiae
titulo gloriantur, Postremo comœdiā huius uitae aut simalis di
cere tragœdiā, mutatis hinc inde actū uicissitudine rebus breui
finiendā, In qua sperare haud quāq; audeas placidā uotorum cō
stantiā, Itaq; lepores istos & sales iucundissimos tibi uir prædo
cte nominatim dedico ac mitto muneri, non quod hanc nostrā
trallationē te uiro tanto dignam existimē, uehementer em̄ uicē
meā doleo quia quod sequi proposuerā nō sum assequeutus, Ne
q; uero me clā est quātis præstare dotibus debeat qui feliciter in
terpretē agere uelit, quarum ne una quidē mihi contigit, At qui
ita me solor Nō nihil sane audendū est Ottomare quādo chartae
suppetunt ac ocium, ut ostendas egregiū tuum ad res arduas ac
præclarissimas conatū, Ipsa dein dies opportunitatē ministrabit,
quo sub incudem omnia reuoces, & a teipso dissentire incipias
simul atq; teipsum uiceris, quā uictoriam Plato iudicat omniū
esse speciosissimā, Rudis foetus lambendo effigiatur, Omnis ar
bos fructus primo immites parturit, Et ut non tam uere q̄ elegā
ter cecinit Naso. Seris uenit usus ab annis. Tu interea Vale, ac
me ita esse deditum tibi habeto, ut qui est deditissimus.

A ij

SOMNIVM SIVE VITA LVCIANI

Ottomaro Luscinio Interprete

ARGVMENTVM.

LVcianus quanto præstet animo uigere & corpore, subduarum muliercularũ typo ostendit, quas sibi per quietem sub id tempus ferme quãdo Pythagoreũ ingressurus erat biuium, uisas ait in somnis, Denique suomet docet exemplo eruditionem potissimum (utpote qua animus, nobilior sane hominis portio, excolatur) iuuetuti amplectẽdã.

QVM nuper scholas ex ephebis excedens deseruissẽm, Pater cum amicis deliberabat quid mihi tum maxime foret discendum, Plurimis igitur uisum est ad literarũ studia opus esse multo labore, longo tempore, nõ modico sumptu, amplaq; fortuna, Nobis autem rem familiarem admodum esse tenuem, quippe quæ haud quaquã, ea iam suppeditare queat auxilia, quibus protinus opus sit, Cæterum si artem aliquam ex mechanicis perdiscerem, Primo omnium ex hac me habiturum continuo alimoniam, neq; posthac cõmitterem ut sim *διηκόντ* idest non alibi q̃ domi nostræ præsitans, Deinde non ita multo post parentem plurimum uoluptatis ex artificij quæstu, quem illi crebro afferrem, percepturum, Alterum igitur hoc posterius eorum de quibus consultabant, propositum caput est, ut uidelicet artem mechanicã lōge omnium optimã atq; facilimã studio complecterer, quæ esset libero uiro non indigna, quæq; simul cum impensa, sufficientem ministraret rerum necessariarũ prouentum. Alio igitur aliam artẽ præferente, pro eo q̃ quisq; tum sentiebat, aut forte experimento didicerat, pater maternum auunculũ intuitus qui tunc aderat statuarius erat is multo omnĩũ præstantissimus, & lapidicida in primis laudatus, Quandoquidẽ te præsentẽ uideo (inquit) iam plane nephas crediderim ut ars tua reliquas non longo interuallo superet, Quin tu illum ait (me ostenso) in disciplinã accipis, ac doces lapides artificiose elaborare, quos deinde in ædificij compaginẽ digerat, deniq; & statuarum artifex uelim te doctore eua

dat, Nam ad id suapte quodammodo natura propēsus uidetur, ut nosti, Coniecturam autē eius rei prebuerunt cærea quædam ludicra, quæ plerunq; quū a ludo literario dimissus essem, leuiter poliendo fingebam, nempe boues, equos, & (per deum immortalem) ut uisum est patri non inepte quoq; & homines, Cuius rei gratia etiam a magistris tūc uerbera mercedis loco reportauī, At qui illa qualiacunq; figlina prægustamēta, modo in præconium trahebantur ingenij, atq; in spem non mediocrem erigebant parentem, adeo ut breui me absolutum artificem futurum sibi polliceretur, Simulq; pro operis ingressu constituta dies est, Itaq; auunculo traditus nihil admodum fuit cur tristarer, quippe qui nil aliud præferre artem crederem, q̄ iucundum quendā lusum, & ostentationē, magnam proinde coetaneorū de me opinionem futuram sperabam, si præter alia etiam deos sculpere uiderer, Neq; uero mediocri tenebar desyderio simulachrorū exiguæ figuræ extruendorum, mihi, & sodalibus quibus maxime uellem. Deniq; accidit nobis id quod plerunq; & alijs usu uenire solet, qui artem hanc auspicantur, Dedit mihi auunculus scalpellum, iussitq; uti crustam in medio iacentem sensim contingerem, uerbum illud commune adiiciens

Difficile est, mediumq; operis complectitur omne

Principium,

Cætern ego rerum prorsus imperitus dum insolentius contrecto crustam illā confringitur, unde mox indignatus auunculus, flagellum quod pone iacebat corripuit, nihilq; interea me benigne docuit, sed protinus seuioribus adoritur plagis, adeo ut obortæ mihi lachrymæ, infausta redderent huius artis præludia, At ego dehinc continēter eiulans, atq; ex oculis ubertim lachrymas emittens, domum me proripui, ostensisq; ibi uerberū uibicibus multis cōmemorabam flagra, ac immanem querebar auunculi in me crudelitatem, Deniq; liuore permotum hominem affirmabam, quo me tāta iniuria afficeret, quasi ueritus sit, ne eum in arte sua superarem, Grauius hæc tulit & iniquo animo mater, multaq; simul in fratrem probra cōgessit, Dehinc ubi aduersperascit, somnus etiam dum lachrymantem me & cogitabūdum tota nocte opprimit, Hactenus puerilia quædā & ridicula recensuimus

A iij

porro deinceps attēto nobis erit auditore op^o, qum haud quaq̃
cōtēnenda referemus, Proinde (ut Homericū quiddā usurpem^o
Venit somnus mihi munere diuum, nobis)
Somnia per noctem uisa,

Atq̃ ea quidem tam clara erant, ut a uero ferme nihil abesse ui
derentur, relictis mihi iā ex eo tempore in oculis (ne quis interim
uana hęc atq̃ prorsus conficta credat) simulachris eorū quę tū
corā apparebant, uoceq̃ (ut uidere uideor) adhuc increbescēte
eorū quę in tali insomnio ultro citroq̃ iactabant, Id erat huiusce
modi,

Duæ mulieres apprehēsis manibus me certatim ad
se uiolenter magnocq̃ impetu trahebāt, ita ut parū abfuerit quin
discerperent mediū, tanta erat inter illas & tam atrox utrimq̃ pu
gna, Erat in eo conflictū modo hęc superior qum me totum cō
prehendisset, modo illa, Vociferabatur altera interea ad alte
ram. Ego hunc uti meum possidere uolo, quo contra reclamātū
Hunc qui meus est nolim tibi inique uendices, Erat una opera
ria, uirilī quidem, sed squalida coma, manibus callo obductis,
amictu quo erat succincta undiq̃ oppleto calce, forma deniq̃
haud multū absimilis auunculo lapidibus expoliendis intento,
Porro altera, facie erat bene curata, cultu formaq̃ decētī atq̃ ho
nesta in primis, Faciebat mihi tū illa utri uellē adhærēdi potesta
tē, relicto interim penes me iudicio, qum nō ita multo post, duri
uscula illa prior hīs me uerbis cōpellat, Ego prēdilectē puer ars
sum sculptoria, quā heri tyro primum discendā aggressus es, do
mestica nimirū, et tibi cognatione quodāmodo cōiuncta. Auus
em tuus (inquit) maternus, Vnde ad te propagatū nomē est, lapi
dicida erat, ambo proinde auunculi tui a nobis mirū in modū cla
ri sunt effecti, Itaq̃ si desertis hīsce nugis ac fabulamentis, inquit
(ostēsa muliere altera) me sequi, mihiq̃ cōmorari decreueris, Pri
mū generose te educabo, humeros tibi adhibebo robustos, ab
inuidia prorsus liberū meo te beneficio reddā, nec est cur dimis
sa patria atq̃ cognatis, alienas peregre cogaris lustrare oras, Ne
q̃ uero anxīū te atq̃ sollicitū aget, inanis illa gloriola quā ob so
la uerba forte captares, Cæterū non uideo quā obrē auerferis ne
glectū hunc corporis cultū, aut uestiū squalorē, qum n̄sdē auspi
cijs usus sit Phidias ille qui Iouē signis expressit, Polycletus itē
dē qui Iunonē, Deniq̃ & Myron qui sūma omniū laude floruit,
Praxiteles qui admirationi fuit cunctis, tanta proinde uiris illis

multo omnium præclarissimis contigit ueneratio, ut etiam deorum loco haberent, Quod si & ipse in illorum numerum te insinuaris, quo nam pacto futurum credas, ut non apud uniuersos mortales famam atque gloriam aucuperis? Adde quod nobilitatem abs te accipient & decus, progenitores tui simul cum patria, Hæc sunt quæ ars ista balbutiens uerbis complusculis barbare per præceptis coactis eloquuta est, quibus me in sententiam suam pertrahere conabatur, Pauca quidem hæc commemoro, nam quis omnia tam incodita queat memoria assequi? At ubi illa dicendi finem fecerat, mulier altera huius propemodum uerbis exorsa est, Quamquam filii per ætatem tibi uix unquam contingere poterit ut me, quæ uocor eruditio, penitus introspiceres, tamen fieri nequit ut quæ qualisue sim penitus ignores uerum necquicquam tibi dicere curauero de huius que in re tua futura sunt, si te contingat lapidicidam euadere, quum ea omnia iam ex istius mulieris narratione cognita habeas, At qui omnino præterierit bonam frugem ad quam peruenias licebit, dummodo nulla operaria arte detinearis, Quid enim polliceri poterit tibi mechanica, nisi laborem perpetuum quo corpus exerceas, in quo etiam omnis spes uite sita sit? Atque equidem miror si non ignobilis fies in talium rerum statu, quando exigua & te aliquanto indignam mercedem pro tanta fatigatione accipies, Taceo quod abiecto animo futurus sis, quamquam uilis in omnium rerum usu, adeo ut neque hostes te metuant, nec ciues imitari conentur, Denique ad forensia negotia parum utilis iudicaberis, quum nil aliud tibi esse liceat quam operari, & quendam infimæ sortis plebeum, qui ad præstantissimi cuiusque uiri subitum aspectum protinus exhorrescat, atque subinde illum colere & magnificum predicare cogatur, proinde ex potentiorum nutu pressus perdere, Quod si quid est aliud quam leporis uitam uiuere uehementer me fefellit opinio, Verum enim uero si illuc perueharis ut etiam Phidiam aut Polycletum artificio eques, multaque admiranda efficias, facile inuenias qui artem tuam laudarit, sed qui statim uotis omnibus exposcat, ut tua fruatur sorte, nisi mentis exars, erit nemo, Quantumcumque enim arte excellas, nemo te pluris faciet quam alium mechanicum, qui manu tantum ualidus sit, qui & uictum sibi diurnum queri necesse est. Tu uero si in meam sententiam pedibus ire uoles, primo ex ueterum tibi monumentis multa preclara illustrium uirorum facta perspicua reddam, Quibusque rebus hæc sibi gloriam pepererint, ut operum magnitudine, ac eloquii splendore omnium in sese animos conuerterint, paucis te peritum efforcero

Animum proinde tuum, qui ad proprietatē naturæ tuæ magis accedit quā corpus, multo plurimis condecorabo ornamentis, utpote temperantia, iustitia, pietate, mansuetudine, equitate, prudentia, fortitudine, & honesti amore, postremo etiam incitamento quodam atque impetu quo ad optima quæque rapiaris, Hæc enim sunt quibus uerus atque syncerus animi decor quaeritur, Denique nihil est quod cognitionem tuam suffugiet, (si modo ex re tua isthuc futurum sit) siue illud fuerit recens factum, siue ex antiquitate repetitum, quin potius illa quæ cognitu necessaria sunt, mecum longe antequam fiant praeuidebis, Idque post pusillum temporis efficiam, ut simul omnia diuina pariter atque humana calleas, Proinde qui modo pauper es, & cuiusdā, nescio cuius filius diceris, quamdiu de ignobili isto artificio consultas, post paulum omnes in tui emulationē pertrahes, laudaberis, honores assequeris non sine inuidia, optimis quibusque uiris placebis, deinde qui genere præstant & opibus, tui respectum agent, culta huiusmodi ac splendida, perinde atque hanc meam uides, te uestiet toga, in hominum conspectu, primo dignaberis accubitu, dignus dehinc penes quem principatus atque rerum summa sit, omnium calculo estimaberis, Adde quod neque in aliena regione ignotus exulabis, quando tanta & tam insignia tibi adiecero ornamenta, ut quisquis te fuerit conspiciatus, digito proximum notet, dicatque eccum tibi uirum talem, Cæterum si quando negotij quippiam emerferit quod amicos anxios atque sollicitos distinet, aut casus aliquis inopinatus uniuersam urbem oppresserit, omnes ciues in te ueluti in scopum conijicient oculos, tum si quid forte dixeris, hiscent, ac demirari præclaram illam (qua polles) dicendi facultatem, beatum te prædicabunt, deinde etiam parentem, Tum quod aiunt ex hominibus non nullos immortales euadere, illud nimirum mea opera consequeris, ubi primum enim e uita migraueris, ego hoc agam ut semper presto sis eruditis, semperque optimatum fruaris colloquio. Videre iam licet Demosthenem nescio cuius filium, a nobis ad hæc fastigia traductum, Aeschines saltatriculæ filius a Philippo principe in summa ueneratione habitus est, non nisi nostro beneficio, Quid de Socrate referam, quem cum statuaria etiam a puero educarit, posteaque id sensit quod est melius, deserto artificio sponte sua ad

me diuertit, iamq; ab omnibus (ut audis) celebra tur, Itaq; si missa
hæc feceris, Viros tanta doctrina præstantes, illustria gesta, ue-
nerandam dicendi maiestatem, preciosum, ac decorum uestitū,
laudem, honorē, gloriam, præminentiam, principatum, potenti-
am, claritudinē ex eloquio prognatam, postremo etiā felicitate
quam omnes tibi passim ob prudentiam tribuent, Quid iam
aliud restat, q̃ q̃ sordida uestieris tunicula? habitu haud quāq; a
uili mancipio differens? Vectes manu tractabis, scalpella, cæla,
scalptra, pronus spectabis in opus, terræ prorsus intētus eris, nec
uirile quippiam aut libero uiro dignum animo uersabis, quinim-
mo humilis quoquomodo, ac penitus eris deiectus, Neq; uero
maior te sollicitabit cura, q̃ ut opera tua pulchra sint & om̃ibus
suis numeris absoluta, tu ipsius habitudine interea atque specie
penitus neglecta, Tanti enim tibi fies ut lapidum tuorum maio-
rem quā proprii corporis habiturus sis rationē, Hæc ipsa loquē-
te, ego moræ tam impatiens ut neq; finem dicendi expectarim,
deniq; mox exurgens, relicta deformi ac fœda operaria, ad eru-
ditionem me contuli, & in illius militiam nomen lætus dedi, Ne-
q; me unq; eius facti posthac penituit, si quando scuticæ quippi-
am ac plagarum mihi in mentē uenerat, quas non paucas mihi
heri protinus incipienti operaria intriuerat, Illa autem a me spre-
ta atq; deserta, primo quidem grauiter indignata est, manus col-
lidebat, frendebat dentibus, deinde haud secus ac Niobe (si ue-
rum est quod de ipsa habet fama) obduruit, Proinde nemo mi-
retur illam fato parum credibili affectam, Quis enim nesciat q̃
admirandas res ac prodigiosas secum afferant somnia? Cæterū
altera me intuita, Gratias inquit tibi ago quia iustam causam te
iudice euici, Ascende obsecro hoc quod coram cernis uehicu-
lum; quo experimēto tuo condiscas qualia sint & quam magni-
fica, que, nisi partes meas secutus fuisses, nunq; alioqui tibi inue-
stiganda fors ulla obtulisset, Erant in eo curru equi alati perinde
quasi pegasus, Illa autem aurigæ munus obibat, Conscenso itaq;
curru in sublime prouehimur, datur prospectus ab orto sole in
occasum usq;, Visæ tum urbes, gentes, & populi, non aliter q̃ si
Triptolemus in terrā sparsisset semina, neq; aliud me ibi uidisse
memini, q̃ q̃ ex imo prospiciebant homines, & nos laudabant,

deinde ualedicentes, in uolatu quo eramus dimittebant, Hęc po-
steaq̃ omnia mihi ostēdit, insigni uestitum amictu rursus redu-
xit in terram, ubi qum forte fortuna offendissemus patrē me op-
perientem, Illa stantē eum apprehendit, ostensaq̃ ueste qua amī-
ctus etiam, qualis redierim cōmemorat, deinde quid fieri de me
debeat consultabant, Talia sunt quę propemodum puerum
me uidisse in somnis memini, qum non mediocriter animo con-
sternatus, essem plagarum metu, Interea dum hęc dicimus, me
hercle a t̃ quispiam, quā prolixum ille refert somniū: nimirū &
iudiciale est, Deinde & alius, ohe inquit hybernū somniū, tunc
em̃ impendio in longum protendūtur noctes, nisi forte sit trino-
ctius ut hercules ipse, Mirum profecto quid illi in mētem uene-
rit ut tales nobis proderet nugas, dum puerilis etiā dum memi-
nit noctis, ac somniorū quę iam ob uetustatē dudum sunt obso-
leta, uana est hęc & nīmīū prisca frigidi loquentia, Atqui, propo-
situm forte illi est ad nos referre somnia sua ueluti ad cōiectores.
Sed agedum bone uir, nunquid & Xenophon pręter alia quę si-
bi in paternis aedibus acciderant etiā refert ea quę illic noctu ui-
derat somnia? Ne igitur uos lateat uelim, hęc quę in somnis
mihi uisa audistis, haud quaq̃ esse simulata atq̃ conficta, nō em̃
qui ista differuit nugandi se peritū profitetur, perinde atq̃ qui in
desperatiōe rerū, bello, ac medijs hostibus uitā agit, Deniq̃ uisa
est mihi nō inutilis esse huius somnī narratio, iccirco potissimū
a nobis suscepta, ut iuuētutē ad meliora prouocarem, quo egre-
gias disciplinas capesseret, Ceterū ita mihi psuasum habeo (quā-
doquidē adolescētia alioqui procliuius est in deterius) Si quis ge-
nerosam naturā forte ob inopiam corruperit, simul atq̃ secū ex-
penderit e quo rerū statu ad pręclaram doctrinā & res optimas
ego animum appulerim, Satis illi superq̃ satis erit, hoc quod de
nobis recensuimus, tenuisse exēplum, ut ad res arduas atq̃ opti-
mas animetur, Neq̃ uero est cur pauperiem quispiam exhorre-
at, unde & nos utcūq̃ nescio quales emerimus, Verum id certe
scio q̃ ne ullo quidem lapidicida ignobiliore.

ADVERSVS EVM QVI INQVIT, PROMETHE
um refers in dicendi figura Otto. Lusci. Interprete.

ARGVMENTVM.

Operis sui formulā quandā ac filū describit Lucianus
causidicos subinde taxans, qui orationes a se conscri-
ptas eo q̄ a strepitu forensi erāt semotæ, deinde etiam
dialogos tanq̄ nouitatem affectantes, irridebant, Pro-
methea subinde Lucianum per contumeliam appellantes, Fuit
autem Prometheus quemadmodum de eo fabulatur Iapeti ex
Titano geniti filius, hic cum Ioui duos tauros immolasset, car-
nes amborum sub uno bouis tergore occuluit, ossa sub altero,
Iupiter tradita sibi optione, ossa elegit, Itaque comperta fraude
indignatus, ignem mortalibus abstulit, Prometheus rursus il-
lum e cœlo furtim in ferula surripuit, quo etiam luteam quan-
dam imaginem a se formatā animauit, Iupiter re comperta Mer-
curio iussit ut Prometheum caucaso Scythiæ monti cathenis fer-
reis alligaret, adhibita ad pectus eius aquila & uulturibus q̄ epa-
te illius pascerentur, Significat autem græcis Prometheus eum
qui anteaquam negotium aggreditur mature deliberat, quō cō-
tra Epimetheus Promethei frater, illum qui re peracta tum pri-
mum incipit sapere, de quibus plura Hesiodus in libro cui titu-
lus opera & dies.

Prometheum igitur me esse ais uir optime, atque id
quidem si ex ea sententia, tanquam ego instar illius, ar-
tifex sim luteæ fabricæ, iam agnosco similitudinem, Ne-
que admodum grauatis istuc tibi concesserim ut me
lutifigulum uocites, cum uilius ego propemodum exerceo lu-
tum quam barbarus quispiam e triuio, cur igitur Prometheo
in ea re imparem me arbitrer? Cæterum si orationes meas
summopere laudaris, tanquam affabre compositas, meque
in illis extruendis Titanum esse sapientissimum prædices,
Quis nō uidet uasram huiusmodi præconio subesse irrisionem,

B ij

& plane nasum atticum: quandoquidem nihil extat in scriptis
meis tanta cura elaboratum, quod eximiam spiret sapiētiam aut
talem promethiam idest prudentiam, qua non paulo maiorem
desyderare debeas, Sed aiunt nihil in illis esse uitale, sed omnia
prorsus uideri terrea, atq; ideo indigna esse caucaso, quippe quę
ob ignauia a promethei culpa sint liberrima, Quod si datur, pro
fecto uos qui in causis agendis occupati circa tribunalia famam
aucupamini, Quādo uera illic partium instruitis certamina, pro
pius ad promethei similitudinem acceditis, Cum uiuis etenim si
mulachris uobis res est & animatis, atq; per deum immortalem
ijs quę uestra opera igneo quodam seruire in mutuam pernici
em excandescunt, mirum igitur si hec ad Prometheus non per
tinent, at forte hoc interest qd non ut ille lutea fingitis, sed pleris
q; ex uobis aurea sunt plasmata, Nos uero sicubi coram multis
titudine uerba facimus, figlina quędam simulachra ostentamus,
& ut paulo ante diximus cū illis quę figularia arte fiunt ex equo
lutea, adeo ut neq; motum illorum aut uitę indicium liceat depre
hendere, proinde nil aliud in nostris orationibus inuenias qd lu
sum fere aut oblectationem, Vnde dum pressius rē intueor, Ve
nit mihi in mentem id quod (ut nosti) extat apud Comicum de
Cleone, Cleon (inquit) prometheus idest prudens est re peracta
si forsan taliter me uelis Prometheū appellare, Deniq; & Athe
niēses ipsi ollarū, & furnorum opifices & reliquos id genus qui
ex luto fabricant prometheos soliti sunt uocare, hac (ut arbitror)
ratione ducti, quia lutea uasa igni decoquebāt, Et si hoc sibi uult
Prometheus, oppido qd exactę iaculatus es, acriq; scommate &
omnino attico a te impetitur, fragiles enim sunt nostrę lucubra
tiones & ollulis lutifigulorum haud quāq; dispares in quas si la
pillum conieceris facile cōminuuntur, Sed futurum auguror ut
aliquis nos benigne soletur, ac dicat non ex illis rebus deprom
ptā esse similitudinem, Sed potius ex operis nouitate quā id po
tissimum commēdat, qd nullius sequutus sum exemplum, Perin
de quasi Prometheus sua industria homines qui nusq; erant ef
finxit, animantia profecto forma atq; cultu non ignobilia, deniq;
non iniucunda aspectu, Ceterum haud dubię insignis artifex il
le fuit, cui ne Minerva quidem grauata est opem ferre, quippe

quæ luti spiritu immisso animarit, ita ut uitale esset promethei simulachrū, Quod qui dixerit non inepte profecto de rebus nostris disseruit, & forsan hic omnino sensus fuit uerborum, At mihi quidem non satis est si noua uidear effingere, quis enim uetustiora esse neget nostris illa de quibus hæc deduximus? Nā nisi nouitati etiā accederet gratia, id certe noris q̄ me operis mei puerderet, neq̄ tantum momēti apud me haberet nouitas ut nō protinus illud tanq̄ foedum & deforme delerem atq̄ pessundarem, Et si tam stupidus fuero ut id non faciēdum intelligam, nimirū commeritus sim a sedecim corrodi uulturibus, qum iam plane cōstet res nouas defectas, uenustatē omnē affectatiōe ipsa exuere, Idq̄ uel Ptolomei ex lago geniti exemplo, Is qum ægyptiorū quibus imperitabat captare beniuolētiā nouitate uellet, camelum bactrianam prorsus atram, & hominē bicolorem cuius corpus partim nigror extremus, partim ingens candor obduxerat, res profecto recentes & nemini antea uisas in egyptum adduxit quo eas spectaculo exhiberet, Itaq̄ post pleraque alia in theatro spectanda proposita, nouissime camelum quoq̄ & hominem semialbum, quibus uehementē admirationē cunctis sese allaturū putabat produxit, Porro ægyptij ad subitum cameli aspectū attoniti, parum abfuit quin exilientes effugerint, Erat hæc undiq̄ ornata auro, purpurāq̄ instrata, frenum illi margaritis ac gēmis conspicuum, adeo ut Darij cuiusdam, Cambyxis aut Cyri opes queas agnoscere, Cæterum conspecto homine quidam in risum soluti sunt, nonnulli uero portētum abhominabantur, Ptolomeus igitur ubi sensit ægyptijs nouitatem non perinde probari aut admirationi esse, atq̄ ea quæ essent decora & omnibus suis numeris absoluta, cœpit & ipse negligentius solito tractare hominē coloribus partitū & minore in precio habere, proinde dimissum a se Thespidi cuidam qui iucundo tubæ concentu exhilarare nouit conuiuia, dono dedit, camelus item qum nemo eius curā gereret interiit, Ita & mea lucubratio ne camelus sit inter ægyptios plurimum uereor, sunt enim qui frenum admirantur & purpuram, Siquidem ex duabus rebus multo omnium pulcherrius cōstat, dialogo plane & comœdia, Quamuis ne id quidem mihi satis esse uideatur ut decorum obtineat, nisi etiam cōcinne

omnia suis numeris consistant & apte inter se cōmissio congruat, Fieri enim potest ut ex duobus pulchris q̃ maxime prodigiosa reddatur compositio, Veluti in promptu est hippocētaurus non modo non amabile animantis genus uerumetiam (si phas est credere pictoribus) contumeliosissimum, In propatulo nāq̃ est est horum inditio qua illi sint temulentia & quomodo in mutuas cædes debacchentur, Verum enim uero quid ni per quā uenustum fuerit id quod ex duobus optimis constiterit, quemadmodum ex uino et melle suauissimam arbitramur ambarum rerum commissionem, At ego quidem non admodum contēderim lucubrationes nostras esse huiuscemodi, timeo enim ne utriusque decorum confusio insolita corruperit, Cæterum nō ingratus fuit ab initio dialogus, cum domi per paucos deambulationibus ageretur, nimirum illinc (per Iouem) coorta studiorum exercitatione, Neq̃ minorem gratiam meruit comœdia que se baccho exhibuit, in theatro uersata, ludicris atq̃ ridiculis gesticulationibus dedita, obstrepebat illa maledictis, motus dabat incompósitos ad tybiæ modulum, deniq̃ aliquando prorsus anapesti numeris in præceps rapta, dicterijs philosophos dialogi amicos incessuit, curiosos subinde eos appellās quasi nugas de rebus sublimibus prodant, in aere incedant, nubium sint habitatores, pulicum saltus dimetiantur, & ea quæ in aere fiunt explorent, Idque ferme unicum comœdiæ propositum fuit argumentum, ut conuitijs bacchanalem libertatē in philosophos effunderet, Quo cōtra dialogus sane quam uenerabilem præseferbat cōsuetudinē eorū qui de natura atq̃ uirtute philosophabantur, Itaq̃ sicut grauiissimum sonum ab acutissimo musici bis diapason harmonica ratione distare prouerbio tradunt, haud aliter nos ea quæ æque dissident, ac difficile in unam compaginem coeunt, ausi sumus cōiungere, Proinde rursus metuo ne Prometheus tuum referre uidear, dum masculum fœminæ commisceo, & ideo Promethei mihi supplicium subeūdum sit, Siue potius imponere auditoribus dicar, risum comicum ipsis sub philosophica dignitate, quasi ossa sub adipe apponendo, & id quidem furti non nihil est & profecto furti deus, Sed istuc obsecro solum, ne scriptis nostris furtiua inesse prædices, nam cui suffuraremur hircoceruos

& monstra illa quæ flectere pinos dicuntur, nisi ei qui talia clam
nobis suomet Marte composuit? Attamen quid oro faciemus?
manendum certe arbitror in præscripta sententia nobis est, quan-
do mutare consilium, non est Promethei opus, Sed Epimethei
potius.

NIGRINVS, SIVE MORES PHILOSOPHICI

Ottomaro Luscínio Interprete

ARGVMENTVM,

Nigrinum Platicum philosophum, ueluti specimen & exemplar proponit, h̄s quia uulgari strepitu semoti, diuinarum & humanarum rerum contemplationi omnes suos conatus destinant, Taxat deinde suorum temporū mores, Romanorum fastum, insolentiā, & luxū subinde, non minus graphice q̄ eleganter describens,

EPISTOLA,

Lucianus Nigrino Salutem, Quemadmodum prouerbio dicitur, Noctua athenas, ridiculum sane est illuc ferre noctuas ubi q̄ plures sunt, Ita & ego nimirum Nigrine si ad te scriberem, librumq̄ mitterem quo uim meam in dicendo ostentarem, quandoquidē uere tum athenas ad mercatum ferrem noctuas, ridiculus ab omnibus iam plane habear necesse est, Verū enim uero, qum animi mei qualitatem, ex sermonis tui uehementia immutatam esse tibi aperuero, Thucydidis dictum haud immerito hac ratione suffugerim, Imperitia (inquit) confidentes, perspecta eruditio trepidos facit, Cæterum nobis non tam imperitia confidentiæ ausam prebuit, q̄ ingens eloquentiæ qua polles amor, Vale.

AMICVS ET LVCIANVS.

AMICVS

PApe quā elatus & impendio grauis ad nos rediisti, Indigni enim tibi uidemur quos aspicias posthac aut quibuscum conuerferis, quorum uē itidē fruaris colloquio mutatus namq̄ subito prorsus similis appares homini cuiuspiam arroganti ac omnia simul despicienti, Plurimū itaq̄ gratū nobis foret, si exponeres unde istec tibi insolentia quæque eius

esset causa. LVCI. Quidnam aliud prædilecte amice quæ felicitas?
AMI. Quomodo ais? LVCI. Ego ad te obiter ex hac uia ue
nio felix redditus, & ut eo nomine utar quod in scenis est frequens
τρίσολοβος idest ter beatus, AMI. Me hercle in tam breui? LVCI.
Et maxime quidem, AMI. Sed quid tandem est unde superbis?
non enim iniucundum auditu id fore arbitror, si modo omnia non
quasi in capite aut summa solum, sed accurate omnino singula queque
nobis ex te liceret cognoscere, LVCI. Haud quaque mirandum
istuc tibi uideri debet, quandoquidem (per Iouem) ex seruo in
genuus, ex inope uere diues, & ex demente inflatoque iam euasi
modestior, AMI. Multo maximum quidem hoc est, Sed mihi non
dum satis perspicuum quid dicas, LVCI. Conferebam me in ur
bem medici quaerendi gratia qui me oculorum malo uehemen
ter tum ingrauescente leuaret, AMI. Noui hæc omnia & ut dili
gens tibi contingeret bonusque, etiam atque etiam optaui, LVCI.
Itaque cum post multa compellendus mihi Nigrinus philosophus
platonius uideretur, diluculo consurgens, quo eum conuenire,
pulso hostium, atque a puero internuncio uocatus, ingredior, Ibi
forte eum offendo libro intentum, quem manibus tenebat, qui ue
terum sapientum imagines per gyrum complectebatur, Erat pro
inde tabella in medio proposita quæ geometriæ figuras descri
ptas continebat, & sphaera item arundinea ad orbis uniuersi imi
tationem (ut conijci poterat) fabricata, Excepit autem me homo
perhumaniter primum, deinde sciscitatur quidnam agerem, Ego
illi omnia narrabam ex ordine, Denique haud absurdum mihi ui
debatur ut & ego uicissim ex eo cognoscerem, quo in statu rerum
uersaretur, & num illi rursus secedendi in greciam animus esset,
Is uero (o sodalis) de talibus tum exorsus rebus ex animi sui sen
tentia differere, tantaque me respergit uerborum ambrosia, Ut tum
sirenes illas illas (si modo aliquæ uspiam extiterunt) tum Lusci
nias & ueterem Lotum Homericum palam sermone suo comon
straret, Digressus dehinc ad præconium philosophiæ, eiusque li
bertatis quæ illam comitari solet, Irridere cepit ea quæ uulgus
bona existimat, puta opes, gloriam, principatum & honorem, au
rum proinde & purpuram, Quæ ne mihi quidem ante hac minus
quam uulgo uti conspicua probabantur, Cæterum ubi hæc uerba in

tra mentis mee penetralia diligēter recōdissem mox in diuersum tractus, quo nam modo actum esset mecum, conijcere nō ualebam, Modo enim ob diuitias, argentum, & gloriam, res potissimum a me adamas, tristatus; quum nihil non agerem, a lachrymis tamen tantum temperabam, eo quod illa predicta certis argumentis explodi uiderem atque comminui, At modo abiecta hæc mihi & deridenda uidebantur, gaudebamq; ex caliginoso quasi aere prioris uitæ, nobis in serenitatem & ingentem lucem patere prospectum, Accedebat huic rei nouitas insignis q̄ oculorum cruciatus mihi iam exciderat e memoria, quando acrior uidendi uis sese menti insinuabat, prius enim ignorantie nebulis cecutientem animum circumtuleram, Proinde ex nouitate ista rerum progressus paululum, illo traductus sum ut minuturas quasque res elato arduoque animo despiciam, Id quod effocit uis eloqui, Vnde & a te modo ueluti superbi simus & arrogantes dicteris impetimur, Denique (ut uidere uideor) idem nobis accidit a philosophia, quod Indis (ut fertur) a uino, Nam quum alioqui natura illis esset plus equo feruida, hausto meratio re uino, mox uehementer inebriati, mercedem intemperatiæ duplatam reportarunt insaniam, Quod & mihi iam usu uenit qui ueluti numine quopiam afflatus & temulentus tibi obambulare uideor ob auditos sermones, Atqui istuc non est inebriari, sed sobrium esse & temperantem, AMICVS. Cuperem audire sermones illos si fieri posset, neque indignum tibi uideri debet ut eos recenseas, aures prebente amico, qui etiam paria tecum colit studia, Id sane est quod ego æquum apprime iudico, LVCIANVS. Bono es animo uir optime, qui iuxta Homeri dictum hortaris sua sponte properantem, eumque qui tibi cursu anteuerterit, Ipse namque abs te efflagitassem ut me audires narrantem, quandoquidem te mihi testem erga uulgum assistere desidero, ne præter causam me insanire arbitretur, Ceterum feci ego met mihi iucundam hanc meditationem, etiam si præsens mihi adsit quispiam, bis aut ter dicta quæque mecum quotidie memoria uolutando, haud aliter quam amatores qui ægre absunt ab amasys, tum enim ultro citroque dicta aut facta repetunt me

memoria, & ubi ipsi immorantur, egrum animum decipiunt, amatis
absentibus, non aliter quam si coram essent sese oblectando, Ita-
que existimant se tunc in animo amatoria miscere colloquia, &
æque letantur ut nuper quando illis dicere talia contigit atque
audire, affixo interea rebus præteritis animo, nam illarum me-
moriam, præsentibus utcumque succurrere non cessant malis, Haud
dissimiliter & ego destitutus iam philosophiæ præstantia, ubi uer-
ba iam olim audita congero, repetoque memoria, non medio-
crem accipio consolationem, Denique uirum hunc intueor per-
inde atque facem is qui longa nocte iactatus est in pelago, sem-
perque illum quasi negotiis meis assistentem conspiciari me arbi-
tror, eaque ad me loquentem quæ maxime ad illum pertinent,
eiusque sunt propria, Adde quod & uocis sonitus auribus obstre-
pit si quando pressius uultum eius contemplatus fuero mente,
adeo ut uere illi coueniat quod est apud comicum, stimulum
reliquit auditoribus, AMICVS. Missa iam facito uir admiran-
de ista præludia, atque ab initio repete quæ illum audieris dicen-
tem, non enim mediocriter me istis tuis ambagibus excrucias,
LVCIANVS. Recte mones & sic facto opus est, uerum isthuc
scire uelim mi amice, num histriones quandoque tragicos aut
comicos uideris dum poemata corrumpere ac perperam age-
rent, a coetu hominum exhibari & ejci, cum tamen fabulæ ple-
runque non modo non essent uiciose sed etiam alijs præcellerent
AMICVS. Non paucos uidi tales, sed quid tunc? LVCIANVS
Vereor interim ne ridicule tibi rem agere uidear, quippe cun-
cta inuoluendo citra ordinem, corrumpendoue id quod inge-
nij mei hebetudo assequi nequeat, Vnde & tu sensim in ani-
mum inducas tuum ut damnes fabulam, Cæterum quod ad
me attinet non admodum moleste feram, Argumentum mihi
nonnihil ingerit difficultatis, concidit enim iam plane & decorum
perdidit, Verum meæ istę sunt partes, Quod quidem in uniuersum
te meminisse uelim, meo Marte hæc esse dicta, Poetamque
ipsum Nigrinum qui longe abest a scena, parumque curat theatri
negotia, erratorum huiusmodi prorsus esse infontem, Ego enim
sum qui apud te mei periculum facio, actor nimirum earum rerum quas

memoria assequi ualeo, ceterum pronūciatione a tragico haud
quaquā differens, Itaque sicubi minus quā par est dixero, isthuc tibi in
promptu sit quod fuerit melius, & quā aliter forte poeta narrasset,
Proinde si me exhibilaueris nihil est cur inique feram, AML, Age
dum per Mercurium egregio & ad normam rhetorum compo
sito usus es procemio, Quanquam & illud uideatur posse adiū
gi quā breuis tibi cum Nigrino fuerit conuersatio, quodque parum
apte ad percipiendos sermones quos mox eras narraturus, te prae
paraueris, Pauca enim memoria complexus es, quoad fieri po
tuit, ea sunt quae ex multis tenes, Nunquid haec quoque eras di
cturus? Sic igitur habeto talia, ac si omnia forent a te praedicta,
Denique erga me nihil opus est huius, qui alioqui ad acclamand
um tibi & applaudendum propensus sum, nisi diutius cunctan
do, me audiendi spe frustreris, tunc enim iniuriae memor acutissi
me aduersum te sibilabo, LVCI. Et haec ferme sunt quae potissi
mum dicere uolebam, nisi, tu uerbis tuis illa mihi praeiperes, Ita
que de huius haecenus, Neque uero oratione quapiam differuero
de omnibus quemadmodum a Nigrino factum est, cum ad id
nostrae non accedant uires, Neque uero iam satis conuenit huic ta
to uiro quod nos eius nomine referemus, Vnde uereor ne histri
onibus illis quodammodo similis fiam, qui saepenumero Agamem
nonis, aut Creontis, Herculisue personam representantes, auro
amicti, toruum tuentes, & late hiantes, tenuem tamen ac exilem
edunt uocem, eamque adeo muliebre ut multo sit quam Hecubae
aut Polyxene depressior atque humilior, Igitur quando & id uicio
datur si maiorem iusto capiti meo personam coner circumdare, ha
bitum subinde uilem ac indecorum reddendo, nudus te alloqui uo
lo & minime personatus, ne forte fortuna concidens, heroa simul
deturpem quem referre molior, AML. Vir hic non cessabit me ho
die tragoedia sua scenaque obtundere, LACI. Desinam modo &
ad institutum nostrum me uertam, Principio laudem graeciae &
uironum atheniensium Nigrini memorabat oratio, eo quā a teneris
citra luxum in philosophia educati, neque ciuem ullum aut exterum
delicias ad se afferre paterentur, Quin potius malo huiusmodi
laborantem qui illuc diuerterit, sensim ad bonam frugem tradu
cunt, cum obiter eum erudiunt, & ad uictus mediocritatem redi

gūt, Itaq̃ ex opulentorū numero in quēdā sermo incidit perq̃
insignem & plurimū ponderis, uario amictu, auroq̃ prefe-
rentem, Erat is longo famulorum comitatu quibus cū Athenas cō-
cesserat longe lateq̃ conspicuus, Atq̃ ideo unus sibi felix inter
Atheniēses uidebatur, ac dignus in quē omnes cōuerterent ocu-
los, Verum illi hunc miseri homuntionis loco habebant, Deniq̃
quoniā in urbe libera palam prohibere nō poterant cuiq̃ ne suo
more uiueret, docere hominem benigne & citra morsum adorti
sunt, Nam qum in gymnasijs & balneis non sine molestia famu-
letio suo obuios passim stringeret, dicentē quopiam ueluti clan-
culum ne ille audiret (alio enim uultum intenderat) uir iste timet
ne obiter pereat dū lauatur, Num ignorat quanta pax sit balneis
ad quid igitur hic exercitū opus? Ille audiens id plane quod erat
iā erudiebatur, Deinde ubi uestitu uarij coloris & purpura exue-
batur, urbane admodum florulentos colores quidam carpsērūt
hisce uerbis, Ver (ut uideo) nūc appetit, & unde nobis hic pauor?
& forsan matris suæ est filius, hīs eum dicterijs atq̃ alijs morde-
bant, anulorum multitudinem, comæ curam præmagnam, ac ui-
ctus intemperantiā subinde notando, Neq̃ uero dum hæc age-
rent suę illos puduit inopiæ, Quare permotus homo iste pausa-
tim cœpit resipiscere, Ita ut seipso longe melior ex hoc plebis in-
citamento & doctrina Athenis discesserit, Iam uocē quandā me-
morabat in quinquatribus miueruæ festis quasi ex composito a-
cunctis emissam, hanc plurimū probabat, eo q̃ ciuis cuiusdā qui
tincta in ueste uisus erat culpam deprecaretur, capto em̃ illo, &
ad ludorum præfectum perducto, Ibiq̃ ob trāsgressam a se legē
accusato, exclamauit ex cōmiseratione populus, dignum hunc
esse ueniam qui amictū alium non haberet, Eferebat dehinc Nigri-
nus præconijs libertatem Atheniensium, uictum citra inuidiam
ferias & quietem quam apud eos plurimam inuenias, Denique
concors omnibus philosophiæ studium, non parum habere illic
momenti demonstrabat ad puros atque integros mores conser-
uandos, Studioso proinde uiro qui diuitias aspernari didicit, qui
q̃ honeste natura duce uitā agere secum constituit, eiusmodi ge-
nus uiuēdi quod Athenis est q̃ maxime aiebat cōgruere, Quo
contra eum qui nimio opū amore teneretur, cui animus totus in

auro hereret, quiq; purpura & imperio omnem felicitatem me
tiretur, ne gustum quidem percipere libertatis, nihil libere aude
re loqui, & a ueritatis contemplatione prorsus exulare, quippe
in seruitute & adulatione per omnia ætatum curricula educa-
tum, Deinde huic qui omnem uoluptati animum immerferit, il-
lique soli seruire decreuerit, atq; ideo exquisitarum epularum,
potationum, et rerum uenerearum amicus, sonis & cantu, foedis
q; cantilenis atque corruptis sese oblectat, uersutus plane, men-
dax & impostor, huic inquam recte conuenire dicebat cum ur-
bis Romanæ conuictu ac consuetudine, in qua rebus quas ille
tantopere adamat, plenæ sunt omnes uia, fora omnia scatent,
adeo ut in proclui sit uoluptatem quacunque uelis porta aper-
ta intromittere, modo per oculos, nunc per aures, nares, guttur,
atque pudenda, qua simul cum perpetuo meatu, turbidoq; flux-
u isto, aditus paratur adulterio, auaricie, periurio, atq; id genus
sceleribus quæ uoluptates illas comitari solent, At uero sensim
interea submersus nimia uoluptate animus, in diuersum trahit-
tur, pudore destitutus, iustitia atq; omni prorsus uirtute, Quo
pacto em hīs bonis patere queat locus limo fordeq; repletus?
in quo præter foeda illa agrestiaq; desyderia nihil florere inueni-
as? Huiuscemodi bonorū hanc urbem magistrā esse predicabat.
Et quidē ego (inquit) cum primo ex grācia me huc conferrē, ne-
q; longe abessem, mecū ipse cōsistens rationē poscebam, huius
meæ profectionis, Homericū istud subinde iactando,
O nimium infelix phœbi cur lumina linquis.

Grāciam uidelicet, & fortunas illas, uitæq; libertatem, Num
huc concessisti ut præsentem rerum tumultum spectares? Syco-
phantas, Viros in fastum elatos ex blando saluatorum alloquio
cœnas splendidas, assentatores, cædes, testamentorum expecta-
tiones, & fictas amicitias, Aut quid tandem tecum decreuisti
quod ageres, cum neq; uti legib⁹ queas, neq; cōmode absolui?
Capto igitur consilio, & non aliter q; Hectorē Iupiter (ut aiunt)
Ita ego memet subducens ex sagittis Cæde & funesto de
sanguine deque periclis. domi posthac desiderare in animum
induxi, uitamque hanc quæ uulgo muliebris & meticulosa ui-
deri solet alijs prætuli, philosophiæ, Platonis & ueritatis subin-

de fruens colloquio, Deniqꝫ quasi in theatro editum quempiam locum obtinens, in tanto hominũ conuentu e sublimi prospecto quid illic agatur, Et quidẽ bona pars ex hijs quæ uidentur oblectat et risum ciēt, pars uero constanti uiro rerum experiētiã suggerit, Ceterũ si mala quoqꝫ laudare necessum sit, sic uelim tibi persuadeas, ne ullum quidẽ certamen uirtutis esse maius, quo animum tuũ certius explorare ualeas, q̃ illud quod in urbe comperias, si illic cõuerferis, Magnarum sane uirium est talibus reluctari desyderijs, rapientibus te quaquauersum & occupantibus, tũ ijs quæ uideris, tum quæ audieris, At qui Vlyssē tum recte expedit imitari, præternauigando ista, Non quidem uinculis implicitum, & auribus cæra obturatis, quis em̃ isthuc nō exhorreat? Sed præstat audire omnia atqꝫ solutum esse, Vereqꝫ superbo animo cum philosophia (quam solam admireris licebit) ubi tantam tecum expenderis dementiam, fortunæ bona despiciere, ac ueluti in scena & multorum personatorum fabula, hunc uidere qui famulus est, dominum progredi, illum qui diues est, pauperem, alium ex inopie satrapam prodire aut regem alium huius amicū, alium hostem, alium profugum, Illud deniqꝫ potissimum intueri iuuat, q̃ uel fortuna teste, lusu quodam res humane hinc inde feruntur, quādo iam in confesso est, nihil prorsus esse firmũ ac stabile, Quāqꝫ, quum hæc omnia nemo quotidie non uideat, tamen inuenias qui opibus inhiant atqꝫ potentiæ, quiqꝫ eos maximopere ambiunt e quorum nutu hæc dependent, hanc potissimũ ob causam, ne concepta de hijs rebus spe sua frustrentur, Ceterũ ea quæ ad risum accomodata esse dixi, quibus uidelicet te oblectare queas, nunc tibi prodā, Inprimis nō uideo quomodo ridiculi nō sint locupletes ipsi, qui ostentant purpurā, protendũt anulos, frugalitatẽ plane & cultus neglectũ insectā, Quodqꝫ iā recens receptũ est aliena uoce & quasi per interpretẽ obuios alloquuntur, satis benigne cũ illis actũ esse putantes, si tantũ seipsos ijs prebeant spectandos, Taceo parumper digniores qui se etiā adorari patiuntur, neqꝫ id a longe (quemadmodum persis mos est) sed inflexus ac pronus sis oportet procul, antequam accedas, deniqꝫ ut animi affectum ac submissionem, corporis quadā similitudine pādas necesse est, Deinde pectus deosculeris licebit.

aut dextrā, Quo nomine beatus sane atq; cōspicius alijs uidebe-
ris, quibus id non est permīssum, Ille uero quisquis est, mirum
q̄ diu eodē in loco consistit, seq̄ decipiēdum exhibet, Qua in re
uel istam potissimū laudo inhumanitatem, q̄ ori nos appropin-
quare nō sinūt, At qui ignoro num heri tales potius ridiculi sint,
an isti magis qui heris in om̄ibus obsequuntur, eos accedunt at-
q; colunt, nocte media surgunt, in orbem ciuitatis cursitant, dein-
de exclusi rediguntur ad seruos, canum, adulatorum aliorūq; id
genus insolentiam equo animo tolerant, unicū tantæ acerbūtatē
ac molestæ circuitiōis præmiū reportantes, cœnam scilicet illā
egregiam grauēq; Vnde multæ in posterum calamitates emer-
gant, iam quis non uidet quantū ibi iniurgitent, quantū uini præ-
ter rationē imbibant, quanta & inania loquātur? Postremo que-
ruli, & omnia ægre ferentes abeunt, cœnā damnant, aut passam
inter cœnandū contumeliā, herum dehinc insimulant parcitatis,
Pleni nō minus haud multo post uomūt in angiportus, pugnas
cient apud ganeum, deinde interdū iacentes, medicis faceffunt
negotium, quo deambulent, deniq; iam nouiter ex hoc ordine
quidam reperti sunt quibus egrotos esse minime uacat, Proinde
ex mea quidē sententiā assentatores omnē ferme perditionis ac
fastus materiā heris suppeditant, hac re potissimum q̄ aurū &
opes eorum tantopere admirātur, Mane em̄ ubi primū illuxerit
implent uestibula, Hinc ubi eos compellant, insignes struūt titu-
los, quippe dominos nominant atq; magnates, Quid igitur fa-
cturi sunt heri, nunquid inique egerint si se estimant quales præ-
dicātur? Igitur si parumper adulescentes isti cōmuni uoto ab hac
spontanea seruitute abstineant, quid iam aliud restat, q̄ q̄ domi-
ni uicissim ad pauperū fores ueniant, rogatū ne diuitias suas spe-
ctare negligant, neue felicitatem tantā sine teste relinquāt, Nam
cum diuites non tā opum ardent desyderio, q̄ concupiscunt ex
opibus estimari felices, profecto parum iucundū est & minime
utile, splendida habere mensas, & ampla domicilia, neq; opere-
precium uideri potest præpulchras habitare ædes neq; aurū pos-
sidere aut ebur, sit non adsit quispiā qui hæc admiretur, Quod si
dabitur, haud dubie oportunū erat diuitibus hanc fastus & inso-
lentiæ occasiōē eripere, hac uia potissimum, ut tanti non facere

mus rerum potentiam, quo explosa superbia, diuitiarum luxus
hoc prætextu simul retunderetur, At nunc uideas seruorum uul-
gus ad hanc arrogantiam dominos furrigere, atque istuc quidem
si tantum indocti facerent, qui imperitiam suam palam profiten-
tur, tolerabilius uideri posset, sic enim inscios rerum ac prorsus
rudes agere par est, Verum multo maximū est atque grauissimū,
maiorique dignum sanna, quod committunt qui se philosophos
simulant, Qualiter enim obsecro affectum me credas, sicubi ho-
minem decētoris instituti, adulatorum turbæ insertum uidero:
quibuscum appareat insignem quēdam stipare herum, simulque
cum alijs de cœna dissertantibus uerba miscere? Nam istiusmo-
di cum uestitus elegantia ceteros præcellant, magisque sint quam
alii conspicui, Hoc me male habet, quod nunc commutant amictū
cum tamen alioqui per omnia haud dissimiliter ludant fabulam
Denique quopacto hosce cum adulatoribus conferam, si comme-
morem quę agunt in conuiujs nescio, Quantū enim non ingur-
gent sese insolentius, tamen in propatulo crebrius inebriantur,
serius omnibus surgunt, multa admodum loquuntur quę alios
scire dignum putant, Ex hijs nonnulli qui habentur urbaniores,
protocati cantillant, Quę quidē omnia cum Nigrinus deriden-
da esse censeret, potissimū tamen ad hunc gregem pertinere aie-
bat, qui mercedis gratia philosopharētur, & uirtutem ueluti ue-
nalem in foro exponerent, Studium & mores huiusmodi, offici-
nam uocabat & tabernam, Dignum equidem putabat, ut qui ali-
os docturus erat continere diuitias, ipse prius eius doctrine spe-
cimen de seipso preberet, & altius quippiam quę questum saperet
Id quod ipse Nigrinus sedulo agens, ab instituto nunc deflecte-
bat, non solum gratuito studiosos erudiens, sed etiam ijs quibus
res nō suppetebat ex suo impertiens, Superfluitatē ille omnem
abhorrebat, tantum abest ut quę ad se non pertinerēt appeteret,
Rerum iacturam non plurimi faciebat, adeo ut neque agrum nō
longe ab urbe situm, quem possidebat, aliquot annis uisendum
curarit, uerum ne ab initio quidem quando in ditionem ipsius
ager concesserat adduci poterat, ut illum ad se pertinere confite-
retur, Id forte arbitratus quod harum rerum haud quāsumis do-
mini secundum naturam, sed ex lege & hereditaria successionē,

D

Vñ quidē in incertū accipientes, breui momēto domini estimāmur, deinde ubi e uita exceſſerim⁹, aliū hoc fruetur titulo, Multa preterea habuit in pro n tu conſimilia exempla, quæ ijs proponeret quibus talia imitari cordi erat, Victus uetabat ſuperfluitatem, exercitationem cōporis uiribus commenſuratam exigebat, Vultus reuerentiam, uestitus mediocritatem, deniq; in primis animum ſecum minime diſſidentem, & morum placidam quandam comitatē poſcebat, Sedulo non minus admonendos duxit illos quibus idem ſecum erat contuberniū, ne recte agere comperendinarēt, Id quod ferme uulguſ hominum facit, qui ex præſcripto uiſturi, feſtos dies & inſignes deligunt, a quibus dolum & fraudem deſerere incipiant, eaq; facere quæ uirum bonū maxime decent, Non enim ullam moram tolerandam iudicabat ſicubi impetus animi ad res honeſtas incitaret, Neque uero neſcius erat pleriq; philoſophorum ſic uiſum eſſe, q̃ moleſti labores & anxij, ad uirtutem capeſſendam exercerent iuuentutem, ſingulareque ex impoſito onere robur huic ætati atque firmitudo accederet, Vnde non pauci reperti qui uinciri eam præceperint, alij flagellis cædi, alij aliquanto benigniores, ferro cutem iuuenibus corradere aggreſſi ſunt, At uero Nigrinus robur huiusmodi ac fortitudinem in coercendis affectibus primum parari in animo uoluit, Et optimum quemque præceptorem debere animi eius quem docendum ſuſceperit, deinde corporis & ætatis, poſtremo etiam educationis habere rationem, ne impariā uiribus præcipiens, merito ab omnibus arguatur, multos em̃ obijſſe mortem aſſeuerabat, qui præter rationem talia ſubiſſent imperia, unum ego qui hæc mala guſtauerat coram uidi, is ubi primum ſenſit uerum uiuendi iuſtitutum, illinc auſugiens ad Nigrinum diuertit nūq; ad priores magiſtros rediturus, neq; uero me clam eſt alioſue quantum profecerit, Conuerſus dehinc ad alia Nigrinus in tumultuarios homines incidit, & uulgi in urbe ſtrepitum, quod genus ſunt ſpectacula theatri, equorum currentium certamina, aurigarum ſimilitudines & equorum nomina, quibus de rebus omnis in angiportis ſermo eſt, plurima eſt hæc & uere equina uecordia, quæ multos inuaſit etiam de ſtudioſorum numero, Deniq; haud multo poſt aliam tangebatur fabulam,

de hīs uidelicet quę circa testamenta & res mortuorum tractantur, adiiciens Romanorum filios, per uniuersam uitā, hāc unam solum uocem quam edunt in testamēto, uere emitte, dū aiunt uerorum bonorum nullos se relinquere successores, Quę cum diceret, a risu mihi temperare non poteram, eo q̄ & inscitiam secum simul sepeliri contenderent, & dementiam suam aperte in literis confiterentur, Sunt enim qui simul secum omnem preciosum amictum quo in uita usi sunt, comburi uelint, alij nonnullos ex seruis manere apud sepulchra, quidam monumentorum statuas coronari floribus, unde cōiicere licet, q̄ ne in morte quidam resipiscunt, Proinde ex hīs quę post obitum fieri mandāt, in promptu est facili coniectura deprehendere, quę per omnia ætatum interualla gesserint, Nempe magno ere mercati sunt obsonia, uinum in conuiujs cum croco & aromatis diluerunt, unguenta biberunt, media hyeme rosis affluere studuerunt, non tam aliam ob causam quam quia rare tum erant & intempestiue. Cæterum quę temporī accomodata fuerunt & secundum naturam, ueluti uilia contempserunt, At qui istuc ferme potissimum carpebat Nigrinus q̄ nemo illorum esset qui recte nossent quomodo aut quatenus fruendum sit hīs rebus quas tantopere concupiscunt, Transgrediuntur enim (aiebat) promiscuo usu rerum fines, ac omnia confundunt, deniq; animam prorsus omnia que ex parte conculcādam subiiciunt uoluptati, Non per fores (ut in tragœdijs & comœdijs dicitur) Sed aliunde irruentes, Solocismum igitur nominabat genus istud uoluptatum, In eam ferme sententiam & illa crebro iactabat, quę sermonis censores (quos tum imitare uidebatur) agere plerunque constat, Nam ut quidam deum tauri opificem reprehendit quod non oculos præposuisset cornibus, Ita hīc fertis caput cingentes arguebat, quoniam ferti locum nescirent, Si enim inquit rosarum & uio-larum odore capiuntur, cur non potius nasum coronāt quo plurimū ex odore possint haurire uoluptatis? Ridebat deinde eos q̄ mēse plus q̄ cōuenit sūt studiosi, nepe quibus nimia cura est circa iusculorū uarietates, & apparāda bellaria, eo q̄ tantilli tēporis & momentaneæ uoluptatis gratia, tantis se implicarēt negocijs, Quatuor em̄ digitis, etiā lōgissimi cuiusq; hūani colli lōgitudinē

metiebatur, cui summo labore laborarent omnia, At qui iam plane constat cibos emptos nullam afferre utilitatem, anteaq̃ edantur, neq̃ ideo iucundiores esse satietatem quia maiori paratur impendio, reliquum igitur est ut uoluptatem illam quae in transitu est, cibi in alium transmittendi, tam magno constare credamus. Merito igitur inscijs haec aiebat accidere, & qui ignorarent quae uerius diceretur deliciae, nempe quas philosophia ipsa suppeditat qui laborem rebus alijs pretulerint. Proximus sermo erat de balneis, multa ibi de comitatus copia, deq̃ famulorum contumelia dicebantur, quo pacto procumberent illic, quos protinus efferri necessum sit, Qua in re maiore odio dignum est, quod non modo in balneis sepiissime sit, sed etiam in urbe, Praecedere oportet ibi nonnullos ex seruis qui clamore suo heros commonefaciant itineris, sicubi cliuus sit transeundus aut cauea, quo pedibus maturius prospiciatur ne ledantur, Nihil autem eque absurdum est minusq̃ conuenit q̃ alieno ore ad capiendum cibum non egere, neq̃ manibus, auribus non esse opus alienis ad auditum, & tamen quum ipse ualeas oculis, alterius cuiuspiam speculatoris officium admittere, qui te tanq̃ calamitosum hominem & uidendi beneficio destitutum admoneat, tali quidem uoce quam aequum sit audire membris orbatum, & proprio aegre fidentem auxilio, Atque haec quae dixi fiunt luce meridiana, & in medijs foris, ab ipsis potissimum qui urbes susceperunt gubernandas, His alijsq̃ multis ex ordine dictis, Nigrinus loquendi finem fecit, At ego haecenus audiendi cupidine captus obstupui, id solum ueritus ne sileret, Quod simul atq̃ tandem contigit, Phaeacum qui Ulysses iam olim audierunt me corripuit affectus, Diu namq̃ hominem intuitus qui me uerbis suis demulserat, deinceps uertiginem mihi oculos occupasse sensi, omniaq̃ quaecumq̃ agere tentarem simul esse confusa atq̃ permixta, hinc defluit sudor, hinc me loqui quaedam tentantem, multa detinent, aguntq̃ in praecipitium, uox deficit, oberrat lingua, postremo hesitans ac cogitabundus prorumpo in lachrymas, Quae omnia iccirco mihi acciderunt quia non in superficie audita substitit oratio, sed ad ima penetrans, & exacte id quod minabatur feriens, letale uulnus effecit, Ipsum etiam (si dicere phas est) discindens animam, Nam si philosophorum mihi iam

orationes tractandę sint, id plane dicam quod sentio, Non admodum dissimilis mihi uidetur homo bonę indolis tenero cuidam scopo, Sagittarij autem multi sunt quibus pharetrę exuberāt iaculis, idest uaria & multiplici dicendi ratione, Cæterum non omnes recte in signum tela torquent, Quidam enim neruum uiolentius q̃ decebat intendentes, metam quidem tenent, Sed præictus uehementia, telum scopon preterit, animumq̃ ex uulnere solum hiantem relinquit, Quo contra alij nimium lenti atque remissi sunt in contrahendo neruo, quorum tela quum ex emissionē pigra sint ac languida, ad scopum quidem non perueniunt, Quin in medio itinere plerunq̃ deficiunt ac prolabuntur, Q, si quandoq̃ metam contingunt, superficiem tantum uibrant, nec uulnus profundum faciunt, eo q̃ forti impetu non erant detorta Igitur quisquis bonus est futurus sagittarius, perinde atq̃ hic noster Nigrinus, Primo accurate contemplabitur scopum, si nō sit mollius q̃ sagitta, aut forte durius, fieri enim potest ut scopū aliud quod nullo prorsus telo penetrari possit, Quod simul atq̃ uisuprehenderit, tum iacula quidem ungenda sunt, at nō ueneno quęadmodum scythi mos est, neq̃ succo ut curetibus, sed mordaci sensim ac dulci pharmaco, quo nimirum unguētō usus Nigrinus, exacte profecto iaculatus est, Quippe sagitta constanter immissa, & cuncta citra transitum discindente, pharmacum deinde uulneri ingerit secum, quum permanet, quod plurimum in orbem transfusum, animum simul permeat, Vim suam modo auditorum qui sic confixi sunt leticia ostentans, modo lachrymis, Quemadmodum & mihi accidit postquam pharmacum penetrarat animum, Venit enim mihi in mentem ut carmen illud ad iaculantem dicerem,

Sic iaculare uiris clarus quo lumine fias,

Nam sicut non omnes qui Phrygiam audiunt tibiam insaniūt Sed ij dumtaxat qui a Rhea corripuntur, audito carmine, remiscuntur affectus, Ita qui audiunt philosophos non omnes quasi numine quopiam afflati sint abeūt cum uulnere, Sed ij potissimū quibus cum philosophia intercedit cognatio, quicq̃ ad illam natura quodāmodo sunt propensi, AMI. Quam pulchra dixisti o amice quāq̃ admirāda atq̃ diuina, Neq̃ tamē unq̃ perspe-

D ij

ctum habere potuimus, uere admodum te ambrosia lotoq; saturatum, Itaque interea dum te audiremus, aliter nos affectos sensi-
mus in animo, lamq; moleste accipio q; finem orationi imposu-
eris, libetq; modo tecum dicere, profecto uulnus accepi, Neque
est cur admireris, non enim te fugit q; quicumque a rabidis cani-
bus morfu petuntur, non solum ipsi in rabiem aguntur, Sed ali-
os simul etiam insanire faciunt quos momorderint, trāseunte pa-
riter cum morfu in alium rabie, propagatur enim hac uia malū,
& magna fit in uesania successio, LVCIANVS Amare igit te
& ipse nobis fateris, AMICVS Mirum in modum, uerum istuc
a te expeto, ut in communi nobis de remedio prospicias, LVCI-
ANVS Faciendum est quod egit Telephus, AMICVS Quid
nam rursus dicis? LVCIA. Conueniendus est autor uulneris,
quo hortatu suo illatis a se malis medeatur,

ARGVMENTVM

DE fensionem Promethei caucaso affixi proponit Luci-
anus, In qua uerius deprehendere liceat ueluti ex in-
stituto, acriorem in Iouem ac reliquos ethnicorū de-
os recriminationem, Verum quis fuerit Prometheus
& quam ob culpam caucasi supplicio destinatus, superius in se-
cundo argumento præfati sumus.

PROMETHEVS SIVE CAUCASVS

MERCVRIVS

EN tibi Caucasum o Vulcane cui miser hic titan affigen-
dus est, Itaq; circumspiciamus sicubi locus pateat in præ-
cipiti nudatus niue, cui firmitus insigantur uincula, & un-
de suspensus ipse magis promineat, & fiat conspicuus,
VULCANVS Circumspectandum profecto Mercuri nobis
est, ne humili loco ac prope terram affixus, plasmatis sui (nempe

hominum) experiatur auxilia, aut rursus in sublimi propendens
iis qui in montis radice uersantur minime appareat, Quamobrem
nisi aliter tibi uisum fuerit, hic in montis medio supra conuallem
passis hinc atque illinc e regione manibus, cruci affigatur, MER.
Recte dicis, prærupta enim hic undique sunt saxa, & nemini acces-
sa, quippe propendens parumper in præceps, tanta proinde an-
gustia, ut nullum penitus recipiant uestigium, cum uix sum-
mis hic insistas pedibus, Denique quam maxime opportuna in
quibus furca fiat, Ne igitur cuncteris Promethee sed ascende
& prebe te monti affigendum, PROMETHE. At uos saltem
o Mercuri & Vulcane miserescite mei, qui citra ullam prorsus
noxam calamitatem istam incidi, MERCUR. Miserescite ais Pro-
methee: Tanquam parum sit tibi caucaso alligari, nisi nos quoque am-
bos Iupiter eidem poenæ mox destinet, ueluti mandato suo imo-
reros: Sed tu porrige dextram, Vulcane tu reclude & affige,
malleo potenter immisso, Prebe leuam, quo & illa rite implicetur
Bene actum, iam nunc deuolutura tibi aquila iecur depascet, ne
quippiam tibi unquam desit premij, pro opere illo tuo, tum pulchro, tum
ingenioso, PROME. O Saturne, o Iapete, & tu tellus parces, Infe-
lix ego quibus afficior poenis: qui neque facinus unquam graue ad-
miserim, MER. Nullum facinus ais Promethee: qui primo quidem
distribuendarum carniū obiectis munus, mirum quod uas egeris atque im-
probe, optimam enim partem tibi subducens, Ioui ossibus cadido ad-
ipe uelatis imposuisti, Hesiodi ipsius mihi iam in mentem uenit, qui
me hercle de hac re uerba facit, Denique & homines effinxisti, ani-
mantis genus quo non est aliud uersutum magis ac callidum,
& quidem maxime omnium mulier, Ignem deinde thesaurum de-
orum multo omnium præstantissimum furtim surripuisti, hominibus
eiusce usum tradens, At uero cum tanta admiseris flagitia, mirum
quomodo dicere ausis te quasi innocentem, & nemini prorsus iniu-
riam uinculis implicari, PROME. Videris quoque & tu mihi Mer-
curi, iuxta poetam incusare innocuum, quando talia mihi obijcis,
quæ ego iure optimo me fecisse contēderim, educatus enim a te
neris pone tribunalia, qui fieri credas ut de aliorum causis co-
gnosceres, ad recti atque equi normam memet interea non expēderim?
Verum si uacat tibi audire ex me defensionem nime inuicendam, ego

detortā in me culpā facili conatu diluere curauero, Simul atq̃
perspicuum fuerit oratione mea, q̃ inique aduersum me Iupiter
pronunciauerit, Tu uero quandoquidem tam eloquio polles
quā iuris scientia, Iouis partes tuearis, Deniq̃ effingas ut lubet,
q̃ me haud iniuria prope portas Caspiae caucaso isti affigēdum
iudicarit, quo miserrimum scythis omnibus fiam spectaculum,
MER. Inanem insumis operam Promethee, si prouocare uelis a
Iouis in te lata sententia, tentare enim isthuc, prorsus existimo in
utile, Verum quando alioqui tantisper mihi hic manendum est,
dum ex arduo aduolet aquila quæ epatis tui curam gerat, occa-
sionem nimirum hæc nobis mora ministrabit te auscultandi de-
clamātem, qui præter altum quo cunctos mortales superas, rhe-
toricen quoq̃ probe calles, PROME. Primum igitur Mercuri
tu uelim dicas, quibus de rebus mecum pater tuus expostulet,
quas dein exaggerare tibi licebit & longe grauissimas facere, Ca-
ueto autē inprimis ne prætermisum tibi aliquid excidat, Ceterū
tu Vulcane cēsor esto, ac de causa cognoscas uelim, VVLCA.
Ita me amet Iupiter, pro iudice accusator tibi futurus sum, eo q̃
compilato igni, gelidam mihi officinā reddideris, PROME. Par-
tiri igitur uos conueniet actionem, ut tu quæ ad furtum pertinet
in unum congeras, at Mercurius quæ hominū formationi cōue-
niunt carniūq̃ distributioni impugnare conetur, Nihil autem ui-
deo quod uos remoretur, quum ambo sitis egregij artifices, & ad
composite dicendum impēdio instructi, VVLCA. Mercurius
meam obibit prouinciā, cui hæc nō obiter curæ sunt, utpote rhe-
tori, Nam ego quum haud quaq̃ in iudicialibus dissertationibus
uersor, Sed magis circa focum, ibiq̃ nonnihil est quod meæ pos-
sunt uires, quopacto oratorem agā non uideo, PROME. Nihil
est q̃ Mercuriū de furto dicturum suspicer, Quomodo em̃ furti
me suggillauerit, cuius ipse autor est: Vnde necessitudo quædā
mihi cum Mercurio intercedit, propter idem artificium, At qui
tempus expetit o Maia soboles, si me culpæ cuiuspiam arguere
uelis, ut modo proponas accusationem, MER. Si mihi proposi-
tum sit malefacta tua insectari, longa profecto oratione opus fu-
erit, & apparatu aliquo, neq̃ em̃ quasi compendio quodā recen-
sere crimina satis est, Quopacto uidelicet cōmisso tibi distribuen-

darū carnū officio, regem meliori parte fraudaueris, atq; illam
pro te seruaris, Quodq; homines quos esse minime decebat ef-
finxeris, Deniq; q; ignē quoq; a nobis sustuleris, ad illos eū per-
ferens, Qua in re abusus es profecto uir optime Iouis benigni-
tate, ac uisus es mihi eam parum intellexisse, At uero si hec infici
aberis te admisisse flagitia, longiore tecum utemur sermone, quo
simul & dicta tua refellamus, & ut ueritas q; maxime fiat perspi-
cua laboremus, Cæterum si ea concesseris quæ de carnū diuisione
diximus, hominibus recēs formatis, atq; ablato igni, abunde
iam mihi in hac accusatione satisfactum est, Quid em̄ pluribus
opus? quando aliter dicere iam plane sit nugari, PROME. Si-
quidem isthuc an sit nugari posthac uiderimus, Nunc uero quo-
nam absoluta tibi est aduersum me (ut ais) accusatio, Ego prepo-
rens Mercurij hæc obiecta facile amoliri tētauerō, Et primo qui-
dem audi obsecro quæ dicā de carnibus, Cœlū testor, si me non
Iouis loco nunc pudet, ut recenseā q; ille sit pusillanimus & que-
rulus, non tam aliā ob causam q; quia minutula quædam ossa in
portione quæ sibi forte obtigerat offendit, & huius rei gratia me
tanto nunc tempore a cunctis pro deo habitū, palis huc affigēdū
misit, Immemor sane quibus eum iuuerim beneficijs, neq; satis
probe perpendens cuius momenti sit tantę indignationis origo
atq; materia, Nā quis non uidet puerilem hanc esse iram, ut excā-
descas & iniquo feras animo, quia maiorem partē nō acceperis?
Verum quanto foret æquius Mercuri cōuiualium huiuscemo-
di fraudum deinceps ne recordari quidem? Et dimissa ira, sym-
posij delictum ueluti lulum est mare atq; iocum, Quippe cum
in crastinum cōtinere odium, & meminisse iniuriæ ueteris, haud
quāq; reges deceat, ne dicam deos, Sed agedum tollamus e con-
uiujs lepores illos & sales, risum, & subdolas captiones, Quid
oro præter temulentiam, edacitatem, & silētium fiet reliquū? quæ
cum tristitia admodum sint et parum iucunda, decentius exulare
crediderim huiuscemodi a conuiuio, Nam Iouem in posterū diē
recordaturum quis oro putaret huiusce distributiōis carnū? in
qua nil præter iocū notares ac lulum, Vt ne interim dicā q; mole-
ste nō nihil esset laturus, tanq; hijs rebus leuiculis potuerit offen-
di, Nil em̄ aliud explorare uolebam in ea diuisione, q; in delectu

partium, meliorē nūm Iupiter ab alijs dignosceret, Sed age Mer-
curi ut sibi iam aliquid concedamus, minorem portionem ei tra-
didimus in partitione, adde q̄ foedam, q̄ horrendam atq̄ mole-
stam, & si lubet finge me omnino portionē sustulisse, Quid tū?
Nunquid ideo decebat ut cœlū (ceu prouerbio dicitur) terrē mi-
sceretur, uīncula excogitarētur, & cruces totusq̄ caucāsus, a qui-
lā dehinc dēmitterentur, quæ epar dilaniarent? Fallor si hęc nō
sunt apēta pusillanimitatis inditīa, animiq̄ ignobilis et propēsi
in iram, Nā qum hęc agit ob pauculas carnes, Quid oro fecisset
si bos integer illi fuisset adēptus? Videre iā licet homines in pa-
ri negotio, longē modestius affectos, qui qum dñs īmortalibus
natura sint inferiores, acrius illos exandescere par erat q̄ deos,
At qui nemo hactenus fuit, qui coqum cruci adiudicārit, eam
ob causam q̄ carnes elixans, īmissum iusculo digitum uisus sit
circumlambere, aut ex uerū nonnihil tostārum carnium uellens
uorārit, Magis enim ueniam illis impertiunt, nisi uehementer fu-
erint iratī, tunc enim īcutiunt coquo pugnum, aut uerberant
genas, uerū qui in crucem ullum sustulerit, inuenias nemi-
nem, Et hęc de carnibus, uilis sane defensio, Sed unde multo ui-
lior plane ac turpior in Iouem redundet accusatio, Tempus nūc
monet ut de plasmate & hominibus a me formatis differatur,
Qua in re geminam constat sitam esse accusationem, Neque sa-
tis compertum habeo Mercuri cuius nam culpæ me primo re-
um agas, Num illius quod homines haud quaquā procreari
debuerint qui mouerentur, Sed conducibilius foret terram
ipsam unde sunt prōgeniti prorsus esse ociosam, An uero quod
formari quidem homines haud fuerit absurdum, Sed longē ali-
ter & ferme ad aliam figuram ac formam quam ego illos fabri-
carim, Ego ad utrumque facile responderim, Simul atque osten-
dere tentauero, quod non modo nulla penitus iactura maloue
deorum homines in uitam sunt adducti, uerū etiam quod in
rem eorum isthuc potissimum cādat, magis quam si (ut iam
olim fuit) tellus deserta & hominibus qui eam colerent destitū-
ta maneret, Sic enim nullo negotio palam fiet, num ego delique-
rim in hac formæ humanæ renouatione, quam solam constat di-
uinam esse & plane cœlestem, Qum itaque tellus inculta, rudi

ac hirta sylua horresceret, ac squaleret situ, adeo ut neq̃ uspiam
gentium uideres aras deorum, templum, statuam, simulachrum
aut aliud huiuscemodi, quemadmodum summa diligentia iam
undique apparent hæc elaborata, non sine eximia deorum uene-
ratione, Ego quum alioqui propensius sum ad prouidendum in
communi ne quid desit quod ad incrementum rei diuinæ, de-
decus, ac uenustatem pertineat, Tacitus mecum reputaui, nec
quicquam posse fieri melius, quam si pusillum luti acciperem
& inde animantia effingerem nobis dñs, forma non admodum
absimilia, Quippe uel id erat unicum in quo mihi natura diuina
deficere uidebatur, quod nullius collatione felicior appareret at-
que perfectior, ueluti modo si eam cum homine conferas, pru-
dentia, ingenio, ac rerum optimarum captu intellectuue præ-
stante, sed mortali tamen, Cæterum iuxta poetę dictum terram
aquæ commiscens ex liquida mollique effinxi homines, Miner-
uam interea adhortatus ut in opere absoluendo mihi ferret sup-
petias, Hæc sunt magna illa & ardua quibus nos deos offendi-
mus, totiusque malū ut uides hæc summa est, ex luto perfecta
nobis sunt animantia, & quod ante hac immotum erat nos ad
mobilitatem perduximus, Iam uero mirum quam indignetur
Iupiter ex tali terrestrium animantium formatione, Quasi ue-
ro deinceps deorum sustinere cogatur penuriam, & procreatis
hominibus, iam futurum sit ut dñs suis orbetur, uerū quis unq̃
tam demens extiterit, ut solitudinē in Iouis curia propter gene-
rator homines aliquando uerisimiliter futurā formidare queat.
Nisi forte id ueretur ne defectionem moliantur homines, & ara-
mis deos laceessant id quod olim fecerunt gigantes, Itaq̃ neminē
fugit, qua ego sim modestia, ut iam inique de me quispiam que-
ratur uel operibus mea industria absolutis, quod inde dñi im-
mortales offensi sint ac damnum acceperint, Quin tu Mercuri
minimum aliquod proferet ego conticuero ueluti merito has
daturus sim poenas, At qui in promptu est cognoscere quanta
hinc dñs accedat utilitas, Si contempleris terram quæ prius in-
formi situ ac squalore obducta erat, urbibus, agriculturis & miti-
oribus plantis exornatā mare nauigatum, insulas habitatas, un-
diq̃ aras & delubra, sacrificia et festiuitates, adeo ut iā passim uig-

& fora, denique quocumque te uertas prius omnia Iouis plena sint, Quod si ego rei priuate intentus, solum mihi homines rem adeo preclaram effinxissem, profecto quantum ex fructu conicere licet qui ad me inde rediret, uos dii immortales opibus & ditione ne mihi quidem conferendi sitis, Verum ego in communi deorum utilitati consulens, ac commodi proprii negligentior, in rem uestram homines potissimum produxi, Nam si quae ad rempublicam attinent, ego attenuare molior quo res meas promoueam, Velim mihi commones templum Promethei, quemadmodum Iouis & Apollinis nusquam non uideas, denique & tibi Mercuri quaedam delubra sunt sacra, Ceterum isthuc interea tecum expendas uelim, num tibi bonum aliquid appareat, sine omni penitus teste, & num oblectare queat habentem, possessio, aut opus quod nemo uideat, nemo laudet, nemo admiretur? Quod ideo dixerim, quia nisi fierent homines, iam futurum erat ut omnis cunctarum rerum decor esset sine teste, & opes nostrae ne a nobis quidem ipsis haberentur in pretio, quum nemo alius sit qui harum admiratione caperetur, Adde quod nemo ex nobis felicitatem suam sit intellecturus, si non liceat se conferre cum illis qui respectu quodam sunt inferiores, quippe bonorum nostrorum expertes, Nam quis unquam rem quandam ceu magnam estimarit, si non cum exigua illam dimetiatur? Verum enim uero quum optimo iure honorem a uobis pro rebus bene gestis in republica Sperare debuerim, in crucem a uobis leuatus mercedem capio mei tam salutaris consilii, Sed ais flagitiosi quidam sunt inter homines, puta mechi, bellatores, sororum mariti & parentum acerrimi hostes, tanquam apud deos non aequale liceat reperire hanc scelerum multitudinem, & huius rei gratia in coelum culpam reicias ac terram unde dii fuerunt prognati, Nec uero est quod dicas hominum formationem diis immortalibus facessere negocium, & augere curam, alioqui ociosis, Sic enim eadem ob causam pastor qui gregem curandam suscepit, in pluuia eam non continebit, quando operosum sibi istud uidebitur, quum alioqui cura illa propter coniunctam exercitationem, non admodum appareat esse iniucunda, Sed adime obsecro diis omnem sollicitudinem, ut iam nihil sit cui prouideant, quid iam aliud agant, quam quod torpeant ocio, nectar imbibant, & uentre distendant

ambrosia? Cæterum male me habet, q̄ inuehendo in opus a nobis elaboratum, foeminas potissimū reprehenderitis, quastamē impēdio adamatis, & modo tauri, modo satyri & cigni effecti ad illas uos demittitis, ut ne interim dicam q̄ in cœlum admissas, diuinitatis consortes redditis, At qui non erat ais absurdum ut fierent homines, si modo ad nostram hanc formā similitudine quam non accederēt, Ego si exemplar aliud nouissem quod forma præcelleret, ad illius instar homines effigiassem, nisi beluinū magis deceret esse & prorsus agreste istud animantis genus, sed si hoc dixeris non uideo quomodo uos diuino honore afficerēt, aut accumularent sacrificijs, Quæ q̄ grata sint uobis conijcere licet ex eo maxime q̄ non grauamini uel ultra oceanum summā celeritate proficisci, post inculpato ethiopas, siquādo senseritis uobis afferri ab illis hecatombas, uerum me qui honorū huiusce modi ac sacrificiorum author sum atq; origo, nescio quo iure in crucem sustuleritis, Hæc sunt quæ de hominum plasmate sat fuerit cōmemorasse, Ad ignem transeamus direptum (si placet) foedam nimirum & inexplabilē rapinam, Per deos autem inprimis te orauerim ne cuncteris, sed mox mihi respondeas, nunquid ex igne dñi quippiam perdiderint ex quo ille fuit apud homines? quod quidem uix unq̄ dixeris, quando sic natura comparatum est, ut ignis nihilo fiat minor, si quis etiam cum alio cōmunicet, deniq; non extinguitur ideo quia alius inde flāmam transtulerit, Itaq; euidentissimū hinc colligo argumentum inuidiæ, q̄ cum citra ullam iacturam, igne carere potueritis, ab eius tamen usu arceri in animū induxeritis eos qui hoc potissimū egere uidentur, Quo contra oportebat deos omnes esse bonos, bonarū rerū largitores, & ab inuidia longe abesse, Sed quid si omnem prorsus ignē suffuratus detulissem in terrā, adeo ut nihil uobis fecissem reliqui, qua nam oro iniuria uos affecissem? quibus ignis haud quāq; potest esse usui, cum neq; coquere uobis necessum sit, neq; frigidare ambrosiam, Ad hæc nō egetis artificioso lumine, uerum hominibus cum ad alia necessaria ignis habendus est, tum maxime ad sacrificia, quo uidelicet in biuio nidorem uobis parent, thura incendant, & pecudum coxas adoleāt in aris, uerum cum (ut uideo) ingentem uobis letitiam pariat fumus ille, nihil

proinde tam gratum quod in epularum uicem uos reficiat, q̄
ubi nidor simul cum fumo uolutatus ad cœlum usq̄ permeat,
Itaque parum apposite profecto. & nîmîum absurde uidemini
uaporem huiuscemodi nunc incusare, Miror autem cur soil po-
testatem facitis lucendi hominibus, neque illi uitio uertitis quod
in administrando deorum bono tam prodigus sit atq̄ intempe-
rans, qum ignis illi sit multo q̄ hic noster diuinior & candēs ma-
gis, Dixi, Vestrum erit Mercuri ac Vulcane, ea quæ perperam a
me proposita sunt, ad rectitudinē perducere, & rationibus quib-
us potestis nostra hæc impugnare, dehinc rursus ad responden-
dum accingemur, MER. Haud facile est Promethee cū tam ge-
neroso oratore certare, uerum uehementer ex re tua fuit q̄ hæc
abs te non audiuit Iupiter, Id em̄ certe scio, Sedecim uulturibus
negotiū dedisset qui posthac uisceribus tuis pascereñt, adeo gra-
uiter ipsum criminatus es, aliud ferme agens, nam defensionem
pro te dicere institueras, Mirū autē profecto qum uates sis, quo-
modo prælagire nequieris has te modo daturū pœnas, PRO.
Præsciui hæc Mercuri, neque me præterit q̄ rursus liberabor, Et
nunc Thebanus quidam ueniet tibi amicus, qui eminus iacule-
tur aquilam quam superne polliceris deuolaturam, MER. Po-
steaq̄ hæc euenient, solutum te a uinculis uidero, nobis conui-
uam additum, at non carnes partientē, PROME. Bono sis ani-
mo, epulabor uobiscum. & Iupiter me liberabit non exiguæ feli-
citatís gratia, MER. Ne oro graueris dicere quæ sit illa felicitas,
PROME. Nostin Mercuri Thetis? Sed quid uerbis opus? præ-
stat enim cœlare arcanum quo me maneat præmium post solu-
tam pœnam, MER. Quando quidem id præstat, tecum recon-
das licebit, Quin nos Vulcane abimus, iam em̄ nō longe abest
aquila, at tu Titan prestolare tātisper dum tibi thebanus (ut ais)
Sagittarius contingat qui te ab alitis huius laniatu quietum red-
dat ac liberum,

FINIS

Ad Ottomarum Luscinium virum doctissimū Ale
xandri Brassicani Adolescentis

ῥέθραμα

Iam te dulciloquam quis non ueneretur Aedon
Quis te non celebret, & super Astra ferat,
Qui sapis Inachiam, doctus latiamq; Mineruam,
Nobile uel quicquid dogmata queq; tenent
Iam te dulciloquam quis non ueneretur Aedon,
Quis te non doctum numina uiua putet,
Ennius hic splendens Romani gloria regni
Quondam habuit uates pectora trina sacer:
At tu non tria corda geris. Sed pectora centum
Mellea tum Pili sunt tibi colla senis:
Immo hæc corda tenes, cunctis spectanda peritis
Munera, quæ mira cum grauitate ferunt:
Cum freta Phoebus adit, cumq; aureus exoritur Sol,
Te uidet omnigena quisquis in arte citum,
Utque fuit quondam celebris Demosthenis ardor.
Sic est Luscinia concelebrandus amor,
Viue uale, nostræ semper spes unica uitæ
Perpetuum salue, perpetuumque uale
Brassica te uiridis dulcem ueneratur Aedon
Optat & Ottomaro stamina longa suo,

Eiusdem ad Eundem
Eucharistia.

Quod mihi condonas Gelli doctissime noctes.
Quæ tanquam cœli sydera clara nitent,
Quod Chrysoloreos donas mihi candide montes
Qui tribuunt quicquid commoda Græca docent,
Id placet, & Iuueni multum dilecta poetæ
Sunt modo, nam Græcis, qui caret, ullus erit,
Et nil germanis Iuuenes magis obruit oris
Quam quod cecropidum grammata nullus amat,

E iij

Sed redeunt nunc græca, docet quæ insignis Erasmus
Germanæ solus lausq; decusq; plagæ
Sed redeunt, quæ tu monstras tam dulcis Aedon
Linguae qui geminae scripta diserta tenes
At quid multa moror, meritas tibi numina grates
Contribuant, menti præmia digna tuæ
Si mihi uel Cræsi grandi thesaurus in arca
Siue forent stupidi ditia dona Mydæ
Haud ualeam docto similes tibi pandere uires
Non animum possim equiparare tuum,
Sis igitur gratus uiuas feliciter, & nos
Commendes doctis tempus in omne uiris

Ottomaro Luscinio uiro doctissimo
Ioannes Pinicianus S. P.

Hanc tibi non scripsit Naso mea dulcis Aedon
Nec quæ merfa fuit docta puella mari.
Perlege non nostræ te fallat imago monetæ,
Hanc tibi fulcauit Piniciانا manus.
Inter oues cecini quondam rude carmen, ouile
Est mihi Parnasus, Pyëridumque domus.
Sed tu non cantus, animum concernis amici,
Et nobis gratum quicquid amamus erit.
O mihi dilectos non ultimus inter amicos
Quem mihi sancta fides, quem mihi iunxit amor
O utinam liceat tecum mihi uiuere. semper,
Et dulces musas sollicitare tuas.
Et liceat blandas audire & reddere uoces
Nanque tuo nihil est dulcius eloquio.
Dum syluas inter tecum spaciarer opacas
Audirem solitos sæpe referre iocos
Denique nulla dies nobis transiret inanis
Pelluntur uarijs tœdia longa modis.

Sed quod cuncta regit fatum insuperabile, nobis
Inuidet, & tecum non finit esse locum.
Ingratis rapior mœstus uicturus in oris.
Heu heu q̄ misero uisus es Aene mihi
Tu (precor) ut ualeas meliori sydere natus.
Producantque tibi fortia fila deæ.
Viue, uale in pino uiridi requiescat Aedon
Thesea semper perstet uterque fide.

Ioannes Kaltenhufer Bitshius Ottoma-
ro Luscinio S. D.

Ottomare ignotus multam tibi mitto salutem
Quem cunctis gratum fama probata facit
Te preceptorem, feruenter spero futurum
Quo mihi nec quicquam gratius esse potest
Nec uideo, cur te non iusto digner honore,
Ingenium cuius Dorica lingua beet,
Ergo certatim doctorum turba uirorum
Cantabit uasto nomen in orbe tuum.

Bartholomei Stofleri Argentini ad Ottomarum
Luscinium Hexastichon.

Multa tibi latium, multum tibi dulcis Aedon
Germana & debet Dorica terra tibi,
Rhomulidum Graias q̄ musas tollis in oras,
Et ditas patriam linguis utrisque tuam,
Vt longum cantes nobis, tibi stamina trinæ
Producant parca, uiue diuque uale,

Ioannes Castmeister iunior Argentinus
ad lectorem Tetrastichon

Si cupias propere tetra caligine mentem
Eximere, & lepidis corda hilarare iocis,
Audire haud pigeat quos dat Luscinia cantus,
Romano argolicos hæc canit ore sales,

Melchioris Zobeli equitis ad Ottoma-
rum Luscinium Distichon

Quis te præceptor merito dignetur honore?
Graios ausonio qui facis ore loqui,

Fœderici Richshofen adulescentis
Distichon ad eundem.

Perpetuo ualeas multum uenerande magister,
Nanque doces quid habet Græcia, quid latium,

Excusum Argentorati typis solertis uiri Ioannis
Knoblouch. Anno a salute christiano
M. D. XVII. III. Kalend. aprilis.